592-1

MATHAEI PAPICII

Vtriuſq; Iuris Doctoris Valentini vtiliſsima Repetitio Clementinæ vnicæ de Renunciatione, vbi multa egregia in materia Beneficiali & Renunciationis declarantur.

Item additum eſt.

Tractatus de modo vacandi Beneficiorum.

Tractatus de modo acceptandi Beneficia.

Modus ſeruãdus in executione ſeu proſecutione gratie expectatiue.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

TOLOSÆ

Venundantur in Palatio Regio, in officina Arnaldi de la Borde.

MATTHÆI PAPIcij Repetitio ſolennis & frugifera Clemētinæ vnicæ de renunciatione.

CLementinæ iſtius materia ardua eſt & vtilis, ſed periculoſa, præcipue reſignantibus, & vtilis eis in quorū fauorem fiunt reſignationes: Vt verbo ſolitus eſt referre antiquus & ſolēnis doctor Guilielmus de Monte lauduno Breuiter hæc Clementina in ſumma hoc continet.

SVMMARIVM.

¶ Si Procurator conſtitutus ad reſignandum beneficium, aut dignitatem, fuerit reuocatus: & antequam id ſciret, reſignauerit, tenet reſignatio: Fallit, niſi p eum aut alios ſit factum, quominus ſciret reuocationē: Hoc dicit, Ca

ſus clarus eſt. Venio ad notabi-
Notabilia. lia. Primo, Noto ex iſto tex. q̄ illuſio & variatio, maximè in perſonis eccleſiaſticis, eſt vitāda: idē tex. in. c. quod ſemel, de regu. iur. in. c. mutare. eod. titu. l. nemo. ff. eod. titu. cum ſimil. ibi alleg. per gloſ. & docto. Addite in practica quòd nedum iura abhorrēt
Vacillatio ī Teſte reprobatio. variationē, ſed etiam ſimplicem vacillationem, præcipuè in teſte, ita q̄ vitiat eius teſtimoniū. l. iij. §. tu magis. ff. de teſtib. ita q̄ propter eam poteſt torqueri, ſi maxime alia indicia concurrant. Quę vacillatio etiam in reo maximi eſt momenti, text. bonus in. l. de minore. §. tormēta. ff. de queſtio. quē textū notabis ad aliud etiam videndū eſt iudici, quo ſermone teſtis deponet: quo geſtu, qua affectiōe: nā ī his iudicis (dūmodo ſit iuſtus & bonus) maximè arbitriū abūdat, quę oīa, quia ſunt

quotidiana,diligenter notabis. Limitationes autem quibus variatio eſt permiſſa videbis in gl. & per docto.in.d.c. quod ſemel, &.c.nemo,&.l.nemo.ff.eo. Pro nunc non inſiſtam,quia eſt materia brocardica,in qua magnũ pelagus de nihilo ſolet & poteſt excitari, vt dicit.d.Andreas Barbatias. Antequam tamen exeam de iſta materia volo, vobis vt diſcatis vos retuliſſe aliquid ſingulare ex iſta materia referre vnam queſtionem quæ iam ſæpe contigit in practica,&in qua illuſtriſſimi domimi Senatores Gallici Parlamenti variè,vt audiui,iudicarunt;quia pariſijs vno modo, alio Tholoſæ eſt iudicatum per dictos dominos. Quæſtio talis eſt, Vacauit quoddã beneficiũ menſe Ianuario, Epiſcopus ad quem pertinet collatio iſtius beneficij,illud contulit cuidam Pe

Quæſtio optima.

trutio,graduato,noīato,& debite qua-
lificato octaua Ianuarij. Venit poſtea q̄
dã. Blaſiꝰ decima die Ianuarij,& dicit ſe
eſſe antiquiorẽ graduatũ nominatũ quã
Petrutius,petens ſibi id conferri: Epi-
ſcopus ei confert tanquam antiquiori.
Superuenit etiam poſtea quidam Gui-
lielmus qui dicit ſe antiquiorẽ, & huic
etiam poſtea confert vndecima die Epi
ſcopus met: Quæritur an talis varia-
tio ſit recipienda & admirenda? Iſta
quæſtio prima facie videtur de indubi-
tali:quia eſt ineptum quòd Epiſcopus
tam ſæpe variet in ſua collatione:ſed cõ
ſideratis omnibus videbitis in hoc caſu
maximam difficultatem: ſed nolo vos
de ea iudicare,niſi auditis omnibꝰ meis
rationibus pro vna & altera parte, ne
vobis vſu veniat quòd iudici cuidã fa-
tuo Brixienſi euenit. Nam ille audita
tantum vna parte actoris in quodã ne-
gotio criminali arduo, iuiquè factum,
magna voce exclamauit. Poſtea autem
audito reo in ſuis defenſionibus,dixit:

Benè eum oppūgnatum,ſed melius de-
fenſum fuiſſe. Et ita variauit, quæ va-
riatio in iudice eſt periculoſa: quia ma
turè cognita cauſa,debet decidere.l.iu-
dices.c.de iudi. Sed vt veniamus ad no-
ſtram quæſtionem. Præmitto vobis
pro guſtãda difficultate huius quæſtio-
nis quod dicit tex.in.§.beneficia.in tit.
de collationi. in Concordatis Gallicis:
vbi dicit tex.quòd beneficia quæ in mē
ſe decimo vacare contigerit graduatis
nominatis, qui gradus, & nominatio-
nis litteras,cum tēpore ſtudij debite in-
ſinūauerint,per eoſdem ordinarios con
ferri debent. Eſt autem menſis decimus
in illo textu menſis Ianuarij in quo va-
cauit beneficium de quo eſt quæſtio,vt
antea diximus. Premitto etiã id quod
dicit textus in.§.ſtatuimus quoque, in
eo.ti.in dictis cōcordati, Quòd collato-
res ordinarij,& patroni eccleſiaſtici be-
neficia in menſibus graduatis nomina-
tis debita,antiquiori nominato confer-
re debent: vel antiquiorem graduatum

nominatum (qui literas nominationis, temporis ſtudij, & atteſtationis nobilitatis debite inſinuauerint) preſentare ſeu nominare tenẽtur, Premittite etiã id quod dicitur in. §. ſi quis vero, eod. ti. in dictis cõcordatis, vbi habetur. Quòd ſi quis cuiuſcunq; ſtatus. predictum ordinem & qualificationes ſuperius ordinatas, de beneficijs eccleſiaſticis, aliter quàm modo prædicto ordinarit & diſpoſuerit, quòd diſpoſitiones ſunt ipſo iure nullæ: collationeſque, & prouiſiões, ac diſpoſitiones illorum ad immediatũ ſuperiorem deuoluantur, qui eiſdẽ perſonis, modo præmiſſo qualificatis, prouidere teneatur. Iſtis præſuppoſitis venio ad noſtram quæſtionem in qua videtur. Primũ quòd Epiſcopus iſte nõ potuerit variare per rationem iſtius Clemẽtinæ, in qua illuſio & variatio in perſonis eccleſiaſticis reprobantur. Secundo ponderantur verba concordati in dicto. §. ſi quis vero, vbi vult collationes nõ rectè factas, ipſo iure deuolui ad

ſuperiorem:ſi ipſo iure deuoluuntur ad ſuperiorem, licet non contulerit Epiſcopus graduato antiquiori, videtur habere os clauſum, & ꝙ tanquã ipſo iure priuatus, nihil poſsit ſuper hoc prouidere. Tertio ſi nos aperiemus iſtam viam, maxime fraudes in iſtis beneficijs (vbi frequentiſſimè fiunt) ſed tamen adhuc maiores fierent. Nam Epiſcopus primo conferret graduato requirenti, poſtea conferre ſemper antiquiori, cum quo de beneficio colluderet, & in illius defectum altero antiquiori: & ita omnia beneficia iter ſuos proximos & famulos aut aſſentatores diuidere poſſet: Quod licet faciant noſtri Epiſcopi, Videmus tamen eos àduerſari intentioni legis diuinæ & humanæ, Iuri canonico, Pragmaticæ ſanctioni, & Concordatis, quibus ydonei ſcientia & moribus debent prçferri. Quarto ꝑ iſta parte poteſt ponderari ratio tex. in. c. literas, extra de ſupplen. negli. prælato.

Quinto nos dicimus ꝙ infinitas in

oĩbus actibus eſt vitanda, etiam in bene ficialibus.c.cum in multis, de reſcrip. in vj.ſed per hoc veniret infinitas, quia centies mutaret Epiſcop⁹ ſuã collationẽ ſi centies diceret ſe antiquiori conferre.

Sexto facit, quia ſi quis procedens iure ordinario aliqd pronunciarit, licet videat ſe perperam pronuntiaſſe, tamen poſtea id nõ poteſt mutare.l.j.§.fina.ff. de quæſtio.l.diuus.ff.de pœn.bene poteſt referre ad ſuperiorẽ. Sic in ſimili licet iſte dominus Epiſcopus videat ſe cõtuliſſe ei qui non eſt antiquior, debet ſuperſedere iterũ à cõferẽdo alijs, et remittere omnia ad ſuperiorẽ. Septimo facit, quia collatio æquiparatur donationi, tex.in.c.fin.de offic.vica.in.vj. Facit. c.ex parte.extra de conceſſio.præbend. Sed donatio ſemel perfecta non reuocatur.l.j.ff.de donatio.l. perfecta.c.de donatio.quæ ſub mod. Igitur nec collatio, quæ donationi comparatur. Octauo facit, quia etiã in caſibus in quibus variatio admittitur, ſi quis ſemel ſit funct⁹

officio ſuo, is amplius nõ poteſt variare: vt in ſentẽtia interlocutoria in qua licet iudex variet. l. quod iuſſit. cum ſimili. ff. de re iudica. tamen ſi in ea iudex ſit functus officio ſuo, amplius varians nõ eſt audiendus. c. ſignificãtibus. extra de offici. & poteſta. iudi. delega. c. iudex. eo. titu. in. vj. Bart. Alexã. Iaſo. in. d. l. quod iuſsit. ff. de re iudica. Modo huic argumento iungo aliud, quia Epiſcopus ſemel vni conferendo, functus eſt officio ſuo: quia prima collatio impedit ſecundam. c. poſt electionem, extra de conceſ. præbend. Et quia in Cõcordato poſtq̃ formam illius ſemel nõ obſeruauit, ipſo iure collatio ad ſuperiorem eſt deuoluta. Ergo videtur quod ſecunda collatio ſit nulla ipſo iure, neq; videatur vllo pacto recipienda, cum ſemel iudex quæ ſuæ erant poteſtatis & facultatis impleuerit. Nono facit, quia beneficium quantum ad hoc vt reuocetur datum ſine cauſa, ſe habet ad inſtar feudi, Vnde Canoniſtæ definitionem feu-

di(quod eſt merum beneficium) ada-
ptant, definitioni beneficij Panor.in.c.
ad audientiam, extra de præſcriptione.
P.de. Ancha.in.c. beneficium de regu.
iur.in.vi.& Summiſtæ dum tractant de
beneficio. Sed feudum ſemel datum nō
reuocatur ſine cauſa.c.j.quib.cauſ.feud.
amit. Non etiam ab Imperatore aut Pa
pa. Bald.in.§.inueſtitura.de nou.forma
fidelita.late Iaſon conſi.xciij. volumi.
tertio,vbi pulchre conqueritur de quo-
dam ſibi ablato. Facit text.in.l.prædia.
c.de locatio. prædior. lib. xj. & text.in
l.ſi quę loca,Codice de fund.& ſalti. Et
copioſe tradit. d. Arnoldus Ferronus
in.§.xvij.in tit.de feudin conſuetudini.
Burdegalenſium. Ita videtur ꝙ hoc be-
neficium ſemel per collationem datum,
amplius nō poſſit reuocari,maxime cū
ſi perpetuum quo ad eum cui cōfertur,
facit text.lxx. diſtinctio.c. ſanctorū. Et
not.de fil.preſbytero.c.veniens. Deci
mo facit,quia iſtud beneficium quando
confertur aut datur, datur ob cauſam:

quia propter diuinum officiũ datur be-
neficiũ.c.fina . de reſcrip.in.vj.c.ſi quis
ſacerdotum. lxxxj. diſtinctio. Ergo cũ
donetur ob cauſam,ſine cauſa reuocare
collationẽ non poſſe videtur. Vnde-
cimo facit quod dicimus bonum eſſe ar
gumentum de matrimonio carnali ad
ſpirituale,& econtra,tex.in.c. ſicut. vij.
quæſtio.j.tex.in.c.quãto,extra de trãſ-
latio.epiſcop.ſed inter ſacerdotalem &
ecclesiam contrahitur matrimoniũ ſpi-
rituale.c.inter corporalia,extra de tranſ
latio.epiſcop. Panormi.in.c.cum in cũ-
ctis,extra de electio. Igitur quemadmo
dum matrimonium carnale ſed contra-
ctum ab epiſcopo nõ diſſoluitur,ita nec
hoc ſpirituale,præſertim hic vbi variat
ſine cauſa. Duodecimo, Adde ꝙ an-
tequam alicui auferatur beneficium,re
quiritur cauſæ cognitio.c.fina.extra de
reſtituiio.ſpoliator. Nec quis beneficio
eſt priuandus,niſi ex graui cauſa aut de
licto. c. inuentum. xvj .quæſtio . vij. c.
at ſi,de iudic,c,quærelam,extra de iure-

iurand.Facit gloſ.in elementi.ij.de vita & honeſta.clerico.glo.in.c.fin.extra de iur.patrona.vbi nõ priuatur quis beneficio,niſi cauſa ſit iure expræſſa; ergo nec videtur quòd iſte epiſcopus qui ſemel vni recte qualificato dedit beneficiũ,propria auctoritate,& ſine vlla cauſæ cognitiõe poſſit auferre à primo cui ſemel iuſte donauit. Decimo tertio adde quòd mutare non licet conſilium in alterius detrimentum,vt dicit Regula.vj.ergo nec hic,& donatũ ab eo qui ius in re non habebat,non valet. Et ita hæc collatio nulliuseffectus eſt. Decimo quarto adde.c.inter dilectos,& ibi late notata per Anto. de Butr.extra de exceſſi. prælato. Decimoquinto adde regulas iuris communes, Quod ſemel placuit,diſplicere non põt: quod approbo nõ reprobo.l.põponi⁹.ff.de neg. geſt.Quòd quis nõ debet eſſe ſibi cõtrarius.l.ticiæ.ff.de cõditio.&.demonſtra. Quòd inconſtantia eſt fugienda,vt in multis concordantijs hic & in locis ſu-

pra allegatis per gloſſas & doctores.
Decimo ſexto induci poſſunt ratio-nes ſumptæ ex text.in.c.cum in cunctis c.clerici.c.innotuit.c.quia propter. ex-tra de electio. Vbi malè eligentes, pri-uantur eligendi iure. Ita & hic cũ malè cõtulerit Epiſcopus iuniori graduato, videtur priuatus poteſtate iterum con-ferendi alteri; licet ille ſe dicat antiquio-rem graduatum; quia debet adire ſupe-riorem; nec poteſt reuocari collatio pro pter ingratitudinem. Ioan. And. & Pa-normita. in. c. fina. extra de dona. Iſtæ ſunt rationes quæ videntur mihi in hãc partem poſſe induci, quas nec fortè pu-tetis à me ſolo inuentas. Sciatis, magna ex parte ſumptas è deciſione quadam il luſtriſſimi & doctiſsimi Senatoris do-mini Arnoldi Ferroni, quæ mihi nuper eſt oſtenſa. MVLTA in contra-riam partẽ poſſunt induci, quòd immo Epiſcopus poſſit variare in iſta collatio ne. Primo capio rationẽ tex. in. c. trãſ-miſſę, extra de iur. patron. Vbi patron⁹

clericus qui eccleſiam vacantem inuti-
liter contulit, poſtea poteſt ad eam præ-
ſentare. Ita & hic, cum non valeat prior
collatio facta per epiſcopum, quia iu-
niori, videtur quòd poſsit poſtea cōfer-
re antiquiori. Secundo facit tex. ſupra
allegatus in. §. ſtatuimus, in Concorda-
tis. tit. de collatio. vbi text. vult conferri
antiquiori graduato nominato: quod
cum fecerit epiſcopus conferendo anti-
quiori, non poteſt ei imputari, cui addo
rationem. l. nōnunquam. ff. de colla. bo-
no. vbi ſapientis eſt mutare cōſilium in
melius: quod fecit hic, qui videns ſe con
tuliſſe iuniori graduato contra formam
Concordati præferentis antiquiorem,
poſtea contulit antiquiori. Tertio in-
duco text. in. c. ſi electio, &. c. ſi compro
miſſarius. §. ſi vero. de electio. in. vj. vbi
Geminia. Philip. Frāc. Guiliel. de mōt.
laudu. Nam ibi electiōe malefacta: qui
elegerunt, iterum eligunt. Ita hic vide-
tur ꝙ poſt collationem inutilem, iterum
poſsit epiſcopus cōferre. Nec obſtat va

riatio,quia prius alĳ contulit:quia collatio non valuit,nec præſtat impedimētum quod iure effectum non ſortitur,vt eſt regulā.vj.vbi multa ſimilia per gloſ. & Pet.de Ancha.adducuntur:& inutiliter eſſe nō enti comparantur,quod per multa vulgata poſſet probari. Quarto capio text.pro iſta parte.c.illud.c.cū laici,extra de iur.patronat. Nam ibi inualida facta ſemel collatione, patronus iterum præſentat. Quinto induco vobis rationes ex.c.bonę c.conſideramus c.cum terra, extra de electio. Nam ibi electione non valida facta,iterum fit ab hĳſdem electio. Et ita hic videtur cum iuniorem graduatum elegerit epiſcopꝰ ꝙ poſtea antiquiorem poſsit præferre. Facit pro iſta parte.c.conſtitutus,extra de appellatio. Sexto facit ꝙ eſt magnæ ſapientiæ ſeipſum corrigere, potiꝰ quàm expectare alterius correctionem c.magnæ.&.l.nonnunquam, cum alĳs vulgatis. Septimo facit, quia prima collatio contra tenorem concordati fa-

cta,eſt nulla: & cum ſemeſtre habeat epi ſcopus ad conferendum. Videtur ꝙ il⸗ lud tempus non ſit ei auferendum, ſed fortius poſſet attentari non eſſe hic tem pus limitatum per tex. & gloſ. in verbo terminum. Philipp. Franc. Dominic. de Geminia. Petr. de Anchara. in. c. ſi tibi abſenti, vbi multa de hoc habes de præ⸗ bend. in. vj. Octauo poteſt dici iſta col latio quæ fit antiquiori neceſſaria: quia per concordati formam debet fieri anti⸗ quiori. Pro nunc non curo referre ſigna forma quæ habetis per Fely, quia muta ta forma, deſtruitur res. l. iulianus. §. ſi quis rem. ff. ad exhibend. Et quòd ſit ne ceſſaria iſta collatio, & quæuis alia, ha⸗ betis per Panormita. in. c. vltimo, extra de donatio. vbi allegādo Ioannē Andr. dicit, ꝙ collatio beneficij nō eſt proprie donatio. Nam tenetur collator ex neceſ ſitate officij conferre, & ideo non reuo⸗ catur collatio per ingratitudinem ſuper uenientem. Et reſpondet ad tex. in. c. fi. extra de poſtuland. quia ibi loquitur de

ingratitudine cõmiſſa cõtra eccleſiam, & non contra collatorem: & ibi priuatur beneficio, non autem reuocatur collatio: quæ omnia notabilia. Nono facit, quia mens Concordati erat, dum volebat poſt collationem ab epiſcopo non factam antiquiori deuolui ad ſuperiorem: quia non putabat epiſcopum qui iuniori contulerat mutaturũ ſententiã, & antiquiori daturum: quare cum hic conſtet de volũtate epiſcopi, videtur ꝙ illa deuolutio ad ſuperiorem ceſſarit: Decimo, text. concordati vtitur verbo deuoluatur, quod non importat ipſo facto latã ſententiã, per notata in. c. quærelam, extra de iureiurand. verbo priuãtes, in gloſ. Gloſ. & docto. in. l. j. C. de lice. potẽtiori. glo. & doc. in. l. in criminali. C. de iuriſd. omni. iudi. cũ alijs ſimili.

Vndecimo, vos ſcitis ꝙ iſtæ deuolutiones fiunt, aut propter culpã, aut morã. c. pro defectu. c. cumana, extra de electio. Iſte autem: Epiſcopus qui contulit iuniori graduato nominato, non eſt in

mora nec culpa: quia non poterat diuinare an antiquior eum requiret, veniẽte autem antiquiore, ſi eũ prætulit, in quo deliquit? Duodecimo, in beneficialibus, cauſa debet eſſe expræſſa antequã quis priuetur. gloſ. in clementi. ij. de vit. & honeſta. clerico. Or iſte caſus quãdo Epiſcopus cõtulit primo iuniori, poſtea antiquiori qui ſupuenit, non eſt expręſſus: ergo non eſt habendus pro expręſſo. Facit tex. in. §. j. de non eligẽd. ſecũd. nuben. ibi, quia nec eſt lex tale quid dicens. Decimotertio, addite pro iſta parte ꝙ iudex ordinariꝰ qui nulliter cognouit, iterum cognoſcit de eadem re, & eodẽ negoti. l. ſi præſes. C. quomod. & quand. iudex. l. ſi accuſatoribꝰ. C. de accuſatio. ita videtur hunc ordinarium qui iuniori inutiliter cõtulit, poſtea poſſe antiquiori vtiliter conferre. Decimoquarto, Si iſte antiquior adiret ſuperiorem non requiſito epiſcopo, num is illum poſſet repellere? cum ei non conſtaret de denegatione epiſcopi, Inſuper

parcitur expenſis ſi idem met epiſcopus antiquiorem prçferat, quàm ſi is adiret ſuperiorem. Et ad quid longiſsimè petet quod ꝓpè habet? Decimoquinto, addite ꝙ cum text. Concordati, in. §. vltimo. titu. de coll. multis pœnis canoniſcis puniat ordinarios non præferentes antiquiores, & non ſeruantes formam cõcordati, quod ſapientiſsimè fecit iſte, qui videns ſe non ſeruaſſe formam, corrigẽdo primam collationem, noluit incurrere illas pœnas: Quid dicendum? Reperio ꝙ dominus Coſmas magnus gloſſator Pragmaticæ ſanctionis in. §. ꝙ ſi quis, de collatio. in pragma. ſancti. in verbo eo ipſo, tangit iſtam quæſtionem ſatis plenè, ſed non ſatis diligenter meo iudicio, vt poſtea videbitis: Dicit ipſe ꝙ ſi ordinarius cõtulerit beneficiũ cadens in turno debitum graduato vel nominato, ꝙ poſtea non poteſt variare, & illud conferre noīato aut graduato. Rationẽ affert: quia collatio facta poſt deuolutionẽ poteſtatis ad ſuperiorem,

eſt nulla vbi ſit deuolutio ipſo facto, allegat. c. vlti. c. licet, extra de ſupplend. neglig. prælato. cum ibi notat: quia cum facto alterius ius eſt quæſitum, non poteſt variari. c. quam ſit, de electio. in. vj. l. inter quinquennium. ff. de ſtatu lib. & poſt multa ſubdit, ꝙ aliud pōt dici vbi ſecūda collatio fieret alio medio quàm prima: vt quia primam fecit collator iure ordinario, & ſecundam facit coactus medio gradus, vel nominationis. Tunc dicit ipſe quòd prima collatio non impedit ſecundam, argu. c. non præſtat. de regu. in. vj. c. noſti, de electio. c. fi. de iur. patrona. nec obſtat. c. poſt electionem. c. inter dilectos, extra de exceſſi. prælato. quia illud procedit vbi ambæ collationes fierent ab eodem collatore, eodem medio & reſpectu. Illa eſt mens illius gloſſæ ſecundum quam in caſu noſtro videtis quòd iſta collatio ſecunda nō valeret, quia nō eſt facta iure diuerſo: nā primo fuit facta vni graduato, poſtea alteri. Sed ſi prima collatio facta eſ-

ſet ei qui nõ eſſet graduatus: & ſecunda fieret graduato: tũc vult dicere gl. quòd ſecũda valeret, quia fieret iure diuerſo. Credo ꝙ ille glo. per illam ſuam diſtinctionẽ quæ breuis eſt, voluit euitare difficultatẽ illius capituli, inter dilectos, extra de exceſſi. prælato. vbi glo. & docto. variè videntur loqui & nõ facilè. Sed credo illã diſtinctionẽ nõ eſſe validã, qa neq; probať textu, neq; ſolida ratiõe: qa nõ video ꝙ minor ſit ratio vbi collatio fit diuerſo iure, quàm vbi fit eodẽ iure. Igitur dñi quando quæritur, qñ valeat ſecũda electio contra primã. Vos diſtinguite, & iſta eſt mera veritas ad. c. inter dilectos, quã refert ibi Iohannes Andr. Diſtingue igitur, aut duæ electiões vel collationes fiunt à diuerſis, vel ab vno: ſi à diuerſis, non eſt hic noſtra materia, ſed recurrite ad. c. cũ in cũctis. c. cũ Vintoniẽſis. c. bonę. vbi gl. & Panor. magiſtraliter loquitur. Si vero ab eodẽ fiant & iure ordinario, tunc pono regulam. Si ſecunda collatio vel electio fit an-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

te publicationem primæ, valet indubi=
tatè.c.cum in cunctis,&.c.cum olim,de
re iudica. Si vero poſt publicationē, do
aliam regulam. Si prima electio ſit irri=
tanda,non autem ſit irrita ipſo iure, non
poteſt procedi ad ſecundam, vt habetur
in.d.c.inter dilectos. Sed ſi ſit irrita,nec
ſit confirmata,benè poteſt iterum elige=
re, vt dicit Ioan. And. Benè eſt verū ꝙ
eidem electio bina non cōpeteret ſi ele=
giſſet indignū.c.bonę. de electio.ergo ſi
ignoranter, ſecus. Et aduertite in quæ=
ſtione noſtra, nos ſumus in hoc mēbro,
& iſta regula. Et quod hic dicitur de ele
ctione,etiam in collatione eſt verum,v t
dicit Panormit. in.c. cum in cunctis.§.
clerici.in.iiij.notabi.extra de electio.Fa
cit.c. innotuit, extra de electio. Si vero
electio fuit confirmata, diſtingunt do=
cto. Aut electio fuit nulla;quia erat ius
eligendi deuolutum ad alium, Vel pri=
mus qui elegit nullum habebat ius eli=
gendi,& tunc non obſtante tali electio=
ne,poteſt veniri ad ſecundam,niſi facta

eſſet vocato eo cuius intereſt. c. quãuis
de re iudica. Aut electio quæ fuit con-
firmata, fuit nulla alia ratione, & tunc
proceditur ad ſecundam ſi valida ſit cõ-
firmatio: quia illa confirmatio videtur
omnia confirmaſſe & purgaſſe, & illa
ſunt vera quando fiunt diuerſæ electio-
nes iure ordinario. Si autem iure dele-
gato: vos recurrite ad Innocentium &
Antonium de butrio in dicto. c. inter di
lectos. Tamen ibidem Iohannes Andr.
& Petrus de Anchara. clarius loquun-
tur, nec volo eos transferre: quia ſunt in
promptu omnibus, ex quibꝰ videtis bre
uem illam diſtinctionem Gloſſatoris
Pragmaticæ ſanctionis in multis con-
fundi poſſe. Et ideo in propoſito ca-
ſu concludo ſecundam collationem de
iuris rigore & ęquitate Concordati (Si
quis) verba eius nõ tam mentem quam
attendat præualere. Verũ eſt ꝙ videmꝰ
quotidiè fieri fraudes ĩ iſtis, & ideo tutiꝰ
eſt diſtinguere: Aut cõſtat verè vel pre-
ſumptè Epiſcopũ ꝯferre ſecũdo gradua

to & quodãmodo cum eo cõſentire, vt beneficiũ ipſe pro ſe vel ſuis poſtea occupet: & tunc dicerem eum nõ poſſe variare: quia per iſtam viam ſemper daretur illis via malignãdi. Nam ſemper in manibus iſti non Epiſcopi & Paſtores, ſed Venditores & Emptores beneficiorum gerunt in manibus duos aut tres antiquos graduatos nominatos. Aut nõ conſtat de fraude Epiſcopi, immo præſumptio quòd bona fide contulerit antiquiore, vt dicemus in domino Geor. Selua Epiſcopo Vaurenſi, aut Caietano Cardinale, cuius probitatem omnes nouerunt & tunc valeret. Quid in dubio? Verum eſt quòd bona fides eſt præſumenda, tamen puto iudicem eſſe debere ſagacem in odorandis iſtis fraudibus ex qualitate hominum temporum, & rerum. Et ita reperio ꝙ etiam ſenſit dictus dominus Arnoldus Ferronus doctiſſimus Senator in prędicta ſua deciſione. Et gaudeo nos eiuſdẽ fuiſſe opinionis; quia pro eadem opinionem etiã

olim ego conſuluerã. Verum eſt vt ipſe dicit de variatione electionis ad collationem, non ſemper bonum eſſe argumentum; ſed in caſu noſtro bonum eſt, vt diximus ſupra allegãdo Panormita. in.c. cum in cunctis.§.clerici, in.iiij. notabili, de electio. Et iſta omnia notabitis, ſunt enim quotidiana & admodum vtilia in practica, & multum ſeruiũt ad intelligentiam Pragmaticæ ſanctionis & Cõcordati. Secundo nota ex iſto textu valere renunciationem factam à procuratore reuocato, priuſqam ſciret reuocationem: & hoc quia bona fide vſus & non maligne, ſecus ſi ſciuiſſet Et ideo in iſta materia rei ipſiꝰ veritas potiꝰ quàm ſubtilitas aduertit̃. Vnde licet alias certus debeat eſſe procurator.l.dummodo ff.de procurator. tamen interdum in beneficialibus incertus admittitur: Vt ſi quis procuratorium fecerit & reliquerit locum vacuum ad ponendos procuratores, dico vobis licet illi loco vacuo nullus ſit additus procurator, ſi in vim

illius procuratorij fuerit facta reſigna-
tio,quòd valet:quia tunc quilibet vide
tur conſtitutus,& prius id faciens vide
tur eſſe procurator,& ita ſuccedet regu
la.l.pluribus.ff.de procuratori.l.ſi pluri
bus.§.fina.ff.de leg.j.Sed veniendo ad
materiam noſtrã,an geſta cum procura
tore reuocato teneant? Dic breuiter ſe-
cũdum Guilielmum de monte Laudu-
no,in procuratore ad negotia: Aut re-
uocatio peruenit ad procuratorẽ,& nõ
valent in domini præiudicium.ff.man-
dat.l.ſi mandaſſem,valent tamen in Pręiudicium procuratoris.c.per tuas,de ar-
bitr.Aut non peruenit reuocatio,& tũc
in lucro captando in domini præiudi-
cium valet,ſed non in damno vitãdo.c:
dudũ,ſupra de procuratori.Sed in præ-
iudiciũ tertij non valeat. Sunt & mul
ta alia circa quæ ample ſunt hic relata
per Cardina. Anchara.l.de Imola,qui
etiam in procuratore ad lites varie lo-
quuntur & diſtingunt:ſed quia non eſt
proprie materia noſtra nõ inſiſto nunc.

Videte etiã in.c.mandato,extra de procuratori. Ampliabitis iſtam.Clementinam loquentem in ſimplici procuratore ad reſignandum,vt etiam locũ habeat in procutatore cõſtituto ad renuntiandum cauſa permutationis. Lapus & Dominic.in.c.fina.de procuta.in.vj. fundant ſe in ratione iſtius clementi. & clementi.j.de rer.permutatio. Ita etiam dicit Fely.in.c.ex parte decani,extra de reſcrip.Philipp. Francus in.d.c.fina.in vlti.col.vbi etiam quęrit idem Francus poſt.d.Geminianum,Si datur procurator ad renuntiandum ex cauſa permutationis,& dominus reuocat & notificat tantum illi hoc cum quo debeat fieri permutatio:an hoc ſufficiet? Et ibi cõcludunt poſt Lapum, ꝙ quantum ad illum cum quo debet fieri permutatio,valet talis permutationis reuocatio: ita ꝙ permutatio cum eo facta poſtea non tenebit,quia doloſe tacuit reuocationem. & in iſtis beneficijs dolus maxime debet abeſſe,c.cum dilecti,de electio.Al-

legant etiam.c.dudum.§.nos igitur, cũ ibi notat.de præbẽd.i.vj.cum alijs quibuſdam. Ex quibus infert ibidẽ Lapus in beneficialib. Vitioſum initium eſſe ſufficiens ad priuationem beneficij. Et iſta etiam ratio poteſt aſsignari ad.c. ſi alicuius, de reſcript.vbi qui habuit beneficium per ſimoniam nulla ſua culpa, debet id reſignare. Facit ratio text.in.l. id tempus.ff.de acquirend.poſſeſsio. Et iſta eſt etiam ratio.l.cum hæres. ff. de diuer.& tempo. prçſcriptio.& iſta regula poteſt adaptari ad multa quotidiana.

Pone enim quòd tu poſsidebas Caſtrum meũ,ego ſuper illo moui tibi litẽ quæ eſt conteſtata:modo tu illud vendidiſti Lapo,& interea ego litem contra te primũ ſemper ſum proſecutus.Nunc euenit,vt ſunt hodie apud nos lites immortales,quòd poſt ſeptuaginta annos ſolum ego obtinui ſententiam cõtra te: iſta ſententia dum mandatur executioni,Lapus ſe opponit qui habuit à te Caſtrum,& dicit ſe præſcripſiſſe,& re ve-

ra à tempore ſui contractus,ſunt pluſq̃ quinquaginta anni. Sed vos videtis litem cum alio fuiſſe ceptam, & ſemper proſecutam. Quæritur vtrum iſte Lapus ſe poſsit iuuare iſta præſcriptione? Videtur ꝙ ſic per.l.omnes.l.cum notiſſimi.C.de præſcript.long.tempo. quia omnia iura lõgiſsimo tempore præſcribũtur Vos dicite contra: quia iſte Lapus re vera habet vitioſum initiũ: quia habet rem ab eo cum quo erat iam lis cepta,& cum quo eſt proſecuta, & qui demum eſt euictus: Et ego non tenebar diuinare an illa in Lapum rem trãſtuliſſet. Verum eſt ꝙ contra videtur facere tex.in.l.an vitium authoris.ff.de diuerſ. excep.l.apud.§. ſi cũ legitima.ff.de dol. mal.excep.§.rurſus, in autenti.vt ſponſalit.largit. Nam ibi dicitur ꝙ vſucapere poſſum quod author meꝰ nõ potuit: ſcilicet inchoãdo nouã pręſcriptionẽ ex perſona mea, Facit melior tex.in.l.ſi vi vel metu.C.de his quæ vi met.ve cauſ. In iſta materia verũ eſt quòd ſunt mul

tæ diſtinctiones traditę per glo.in.l.pō-
ponius.§. cū q̃s adminiculo.glo.in.l.an
vitium.ff.de diuerſ.& in multis alijs lo
cis; Et ibi etiam per docto.videlicet, an
ſituitium reale,vel ſit perſonale. Et in.§.
furtiue etiā de vſucapioni. habetur iſta
materia. Late per Franciſcum Balbū
in tracta.de præſcriptio. Videbatur etiā
facere tex.in.l.j,Codice de præſcriptio.
long.tempo.x.vel.xx.anno. pro Lapo.
Sed ſi conſideres principium illius tex.
in illis verbis, cum poſt motā & omiſ-
ſam quæſtionem; videbis eſſe extra rē
noſtram;quia in iſto caſu nunquam fuit
omiſſa quæſtio, ſed ſemper proſecuta.
Sed iſtam quæſtionem in proprijs ter-
minis videtur decidere Bartol.in repe-
ti.l.creditores,in.vij.col. Codice de pi-
gnori. Nā ibi quærit,an iꝰ exequēdi ſeu
executiuum,quòd imploratur à iudice,
tranſeat ad ſingularem ſucceſſorem? Et
poſt relatam opinionem Lyni dans no-
uam doctrinam,in quodam membro di
ci, Quando quæritur de executione iu-

ris realis,ſic tertius poſſeſſor habeat cau
ſam ab eo contra quem petitur execu=
tio,& tale ius exequendi erat in eſſe pro
ductum antequam tranſiret ad iſtũ ter=
tium poſſeſſorem: Vel quia iam erat la=
ta ſententia,aut erat in actu producẽdi,
vt quia dicit ipſe,pendebat litigium &
tunc iſtud ius exequendi afficit etiam
ſingularem poſſeſſorem. Allegat.l.ſi ſu
peratus.§.j.ff.de pignori.l.ſi mater.§.j.l.
iudicatis.§.fin.ff.de exceptio.rei iudica.
Allegat etiã.l.ij.C.de litigioſ. Facit tex.
in.l.ſæpe.ff.de re iudica. Iſtud idem in
proprijs terminis videtur decidere Bar
to. in.l. cenſemus.C. de litigioſ. Nam
ibi dicit,quòd olim erat pœna litigioſi,
ne res litigioſa poſſet præſcribi, per.l.j.
C.de præſcriptio.long.temp. Hodie di
cit per.l. cenſemus, additum vt contra=
ctus ſit ipſo iure nullus, & poſtea ſub=
dit,quòd per iſtam.l. eſt introductum,
quòd ſententia lata contra ipſum prin=
cipalem reum,poteſt mãdari executio=
ni contra eum qui rem litigioſam emit

Bene verũ eſt quòd Angel.& Paul. de Caſtro videntur hoc intelligere quo ad ipſum litigantem,vt vlterius non poſsit præſcribi,non quo ad ſucceſſorem qui nouam præſcriptionem inchoauit. Sed ipſi videntur & contra verba & contra ſenſum Bartoli loqui, cuius opinio eſt vera. Proquo adde in ſimili nota. per Pau.de Caſtro per rationẽ illiꝰ text. in.l.ſi cum venderet,de pignora. actio. de re vendita ſub pacto de retrouendendo,quia licet trãſierit res per multas manus,tamen tranſit cum eadem cauſa. Late traditur per do. Ferronum.in.§.xij.titu.de retractu.in conſuetudi. Burdigalẽſium. Et iſta notabitis,quia ſunt quotidiana,& prima fronte quiuis teneret contrarium. Nunc domini redeundo ad ampliationem noſtram,vt iſta clementina locum habeat etiam in procuratore conſtituto ad renunciandum ex cauſa permutationis. Ex iſtis inferebat Fely.in.d.c.ex parte,vnum quod mihi videtur & multũ dubium,nec ſatis tu-

tum:nam dicit, Si Titius miſit procurã torem Romã, cũ mãdato ad renuntiandum beneficiũ, Sempronius accedebat ad curiã vt impetraret illud beneficium vacaturũ per renuntiationem, quæ fieri debebat ad iſtum effectum, vt ipſe conſequeretur illud beneficiũ. Et dũ Sempronius eſſet in itinere, fuit notificata ſibi in itinere reuocatio dicti procuratoris, Ipſe autem non obſtante illa notificatione, accedens ad curiam, & præueniens nuncium portantem reuocationem procuratori, obtinuit beneficiũ, ſecura renuntiatione facta per ꝓcuratorẽ ignorantem reuocationem. Dicit ipſe quòd talis renuntiatio ſic valet facta: q̃a iſta Clementina vult quòd ad hoc vt renuntiatio non valeat, reuocatio innoteſcat procuratori vel ſuperiori: ſed hic neutri eorũ innotuit, & licet iſte illud tacuerit, tñ nõ eſt priuẽdus bñficio, & q̃dã alia adducit. Ego teneo, cõtrariũ: nã in iſtis omnis fraus debet abeſſe. c. cũ dilecti, extra de electionibus quòd hic non

ſit cum notificatione ſibi facta fuerit, in dolo manifeſto. Secundo iſta Clemẽtina excludit iſtum caſum, quando per ipſos aut alios eſt malitioſe factum, quo minus reuocatio ad procuratorem aut ſuperiorem veniret. Sed tanta eſt ratio & maior quando ſciens quis reuocationem eo non obſtante curauit eam ſibi fieri, & in propoſitio videtur malitioſe factum, eo ipſo quòd tacuit cum ſciret. Nam dolus etiam tacendo committitur: quia hic manifeſta fuit ſimulatio ꝑ l.j.§.dolum.ff.de dol. Tertio nos dicimus quòd dominꝰ tenetur de dolo procuratoris.l ſed & ſi ex dolo.§.itẽ ſi quid ff.de dol. Quanto magis teneri debet vnus ex contrahentibus qui doloſe procuratori tacuit reuocationẽ quam ſciebat. Prẹterea illa Felyni deciſio videtur eſſe aperta contra ea quæ dicũt Lapus, Domini. Franc.in.d.c.fina.de procuratori.in.vj. Ampliatur.ij.iſta Clementina vt procedat etiam in nuntio, Imola in.c.quidam, de renunciatio. de quo nũ

tio loquitur text.in.l.iulianus.ff.de diuor.& de reuocatione voluntatis miſſo nuntio,tex.in.l.ſi pœnituit.ff.eo.de quo de ratione diuerſitatis in matrimonio carnali & ſpirituali tractatur per Domini.& Philipp.Francum in.d.c.fina.de procur.quos tranſcripſit Fely.in.d.c.ex parte decani.& nuntius concipit verba in perſonã domini.Et in hoc poteſt differre à procuratore,vt tradit Specula.in titu.de procura.§.iij.Bald.in.l.ſi literas. C.mandat.Et ideo dicitur organum & pica.in.l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi.Bal.in.d.l.ſi literas.Ampliabat Bal. iſtam Clementinam adhuc locum habere ſi dominus clam procuratorem reuocaſſet;quod iure improbat Feli.in.d. c.ex parte decani. Amplia etiam ſi is qui conſtituit procuratorem,poſtea renunciauit ipſemet in manibus inferioris;quia ſi procurator ignorans reuocationẽ,poſtea renunciauit,valet.Contrarium tenet Fely.in.d.c.ex parte.Mouetur,Primo,quia iſta Clementina loqui-

tur quando procurator renuntiat be-
neficio;ſed in caſu iſto procurator non
renuntiat, cũ iã beneficium vacauerit
per domini renuntiationem: nam quan
do dominus renuntiat habebat eo tem-
pore titulum, cum nundum procurator
renũtiaſſet. Reſponde quòd ratio iſtius
Clementinæ ſemper habet locum, quæ
eſt, ne illudatur Romano Pontifici ex
variationibus, quod fit hic, reſignando
in manibus inferioris; nec vacat benefi-
cium per domini renuntiationem cum
non notificauerit procuratori vllam re
uocationem. Et ideo clare ſumus in ca-
ſu iſtius Clementinæ, quòd valeat reſi-
gnatio iſtius procuratoris ignorãtis hãc
reuocationem. Mouetur ſecundo Fe
ly. quia ſi moreretur conſtituens ante-
quam procurator renuntiaret, non dice
remus renũtiationem valere: nam cum
ſemel vacet per mortem, non poteſt vl-
terius vacare ex eadem perſona. c. ſuſce
ptum, de reſcript. in. vj. Ergo parifican-
do mortem ciuilem & naturalem, dice

mus idem quando renuntiat. Reſponde, quando quis moritur ceſſat ratio illuſiōis & variatiōis, quæ eſt ratio iſtius clementinæ; nam cum quis moritur, inuitus ille relinquit per mortem beneficium, hic autem qui ſponte ceſſit in ma nibus inferioris, aperte videtur illudere Romano Pontifici. Et ideo valeat reſignatio procuratoris, dummodo ad notitiam eius non venerit vlla reuocatio. Et ita reperio quòd conſuluit late pro iſta Andreas Barbatias in conſilio quadrageſimooctauo volumine quarto ſe fundat in effectu in ratione Clementinæ: & arguit de morte ciuili ad naturalem, in quo argumento melius ſe expedit quàm Felynus. Multa alia per duas aut tres columnas affert, quæ ſuperfluum eſſet repetere. Et puto dum Fely. in. d. c. ex pte deca. dicit, quòd mul ta alius fantaſticaretur, qđ intellexit de Barbatia, cuius opiniones ſolet morde rei ſuis ſcriptis quēadmodū Deci. Iaſo. licet raro noiet, & Deciū Franc. de Ri

pa,quod ego nõ probo admodũ. Addite quòd eandem Barbatiæ opinionẽ nouiſſime tenuit dñs Arnoldus Ferronus in.§.xx.titu.de feud.in.d.conſuetu dini. Burdigalẽſium.ij.parte dicata Regi Nauarræ,in prima æditione, & miror cur à ſecũda ſubmouerit,quam etiã Auriolus olim tenuit in additionib9 ad Guiiielmum de Monte lauduno,prout ipſe refert & tenet do.Iohannes de Selua,in tractatu de beneficio in parte tertia,quæſtio.xvj.nihil aliud allegans.
Adde circa iſtam deciſionem Baldi,in c.ex parte decani,extra de reſcript.vbi dicit fuiſſe quæſtionẽ de facto, Præpoſitus ſanctæ Muſteolæ ad permutandum conſtituit procuratorẽ,& ſtatim ipſum præſentem clam reuocauit, qui poſtea permutauit Vtrum valeat permutatio? Subdit,quia iſte actus requirit prætoris authoritatem,id eſt Papæ(ita ipſe loquitur,comparant Papam Prætori,qui melius Dictatori compararetur) dicebatur permutatio eſſe valida;vt in clemen

tina iſta vni de renuntiatio, in glo. mag. ne illudatur Papæ, citetur per eum. l. fi. in argu. C. de his qui à non domi. manumit. Et dicit quòd permutantes beneficia ipſa non permutant, ſed animo permutandi renuntiant, & ſuperior cõfert, & iſta collatio tribuit ius. Secus eſſet in permutatione aliarum rerum, quia permutandi voluntas reuocata non tribuit ius; nec reuocato mandato facta tribuit ius. argu. l. iij. §. ſubtilius. ff. de cõdic. ob cau. Facit tex. in. l. ij. ff. de ſtatuliber. Dicit tamen ibidem Bald. quòd reuocans iſto pacto, teneretur actione de dolo. argu. l. eleganter. §. ſeruus. ff. de dol. Quæ omnia ſunt valde notanda: quia quotidiana. Sed in quantum dicit Bal. quòd permutantes beneficia ipſa non permutãt, ſed ſuperior confert. Verum id quidem eſt; ſed quare venimus ad hunc circuitum; Nã re vera non renunciarent permutantes, niſi ſub ſpe collationis futuræ, & ita re vera permutant ipſa beneficia. Per iſta in ſimili dicit gloſſa, quæ

quotidie ad hoc allegatur in.§.j.in verbo poſſedit, in Pragmatica ſanctione, quòd in beneficialibus nulla datur ſucceſsio reſpectu tituli. allegat text.in.c. Moyſes.viij.quæſtio.j.c.j.de præbend. Quia titulus prędeceſſoris extinguitur totaliter per eius mortem aut renuntiatione͂;nec aliquid ex mortui iure tranſit ad ſucceſſorem. Rationem poſtea aſſignat,quia nihil ex iure primi habet,ſed ex noua electione vel collatione. Et adducit nota.per Iohanne͂ Monachi in.c. ij.vt lit.pende͂.in.vj.& in.c.ſi tibi abſenti de præben.in.vj.Allegat etiam.Ioan. Andr.in.c.ex parte,de arbit.Guilielmu͂ de Monte lauduno in extrauag.Iohannis.xxij.ſuſcepti regiminis,in verbo vacantium.Et ſubdit quòd ius beneficiale ideo eſt perſone;quia perſonam no͂ tra͂ſgreditur,immo in ſucceſſore per omnia ius nouum creatur.Subdit poſtea referendo dicta prædicti Guilielmi de Mo͂te lauduno in extrauaga͂ti Ioha͂nis.xxij. execrabilis,in verbo pluralitatem,alias

in verbo quæ alias.Idē Guilel.in clemē.
vni.vt lit.penden. Gloſ. in extrauagāti
ſuſcepti ſed de vacāte gl. in verbo vacā
tiū gl.in extragāti iexecrabilis,in verbo
q̄ alias, col.iiij.tit de preben.i extrauag.
cōib. quæ ſunt gloſſ. Lauduni Quòd
in titulis beneficiorū qui omnino ſunt
ſingulares, poſſeſsio vnius non iuuat
alium cum in talibus non cadat ſucceſ-
ſio iuris vel facti,licet in caſu ſucceſſio
litis vel cauſæ cœptæ cadat.c.ij. vt lit.
pen.& hoc ex æquitate.Ita dicit illa gl.
Pragmaticæ ſanctionis,quæ ego vobis
nō ſine cauſa retuli.Nā vt videbitis poſt
ea intendo preſsius examinare veritatē
illiꝰ;ſed anteq̄ ad id veniamꝰ addite in ſi
mili quod refertur per eundem Gloſſa-
torem in verbo officium, in.d.§.j.de pa-
cific.poſſeſſori.vbi dicit,quòd licet con
feſſio in beneficialibus præiudicet con
fitenti,vt ſibi ſilentium imponatur ſu-
per beneficio.capi.ij.de confeſ. in ſexto
